Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sapientiā salemonis et domū quā ędificauerat et cibos mensę eius atq; holocausta quę offerebat indomo dñi. non habebat ultra spm. Quid erat rationis. ut ꝑpotens regina domū expensas. et cibos regios tanopere miraretur. Ergo hoc loco aliqua maiora nos oportet inquirere. Vidit ergo ęccla exgentibus congregata sapientiā xpi. idē post carnalia institutta gentiliū. post humanā et animalem doctrinā philosophorū accepit intellectū salutis et utę inspexit spualium mirabilia bonorū. agnouit uerū fabricatorē cęli ac terę et potentissimū humani generis conditorē. de cuius sapientia dicitur. Omnia in mensura et numero et pondere constituisti. Vidit et domū quā ędificauerat. idē incarnationē hominis assumpti. de qua domo dicit apls. Inquo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Vidit et cibos salemonis. idē cibos illos de quibus dicebat. Meus cibus ē ut faciā uoluntatē eius qui misit me patris. Cibus eñi xpi ē salus nra. reficitur uelut cęlestibus epulis ꝑfectibus nris. Cibus eius sumus. dū acquisiti ęcle inmembra eius corpusq; transimus. Vel cibi eius sunt sacramenta cęlestia. de quibus dicitur. Panē cęli dedit eis. panē angelorū manducauit homo. Vidit et holocausta eius. orationū sine dubio supplicationumq; mysteria. et obstupuit. Vidit inestimabiles diuitias dñi sui. dixitq; adregem. Verus ē sermo quē audierā de te interra mea sup sermonibus tuis et sup sapientia tua. et non credebam narrantibus donec ipsa ueni et uidi oculis meis. et ꝑbaui qđ media pars mihi